



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1648**

§. 1. Nomina maiorum locorum in terrâ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13147**

Geographicis familiares sunt, & quarum notitiâ carere non debet Geographiæ candidatus, ne artis quam sectatur impingat in limine: quæ si præstiterimus diligenter, primam & inchoatam Orbis terrarum cognitionem obtulerimus.

## CAPUT PRIMUM.

*De vocibus Geographicis.*

**V**OCEM Geographicarum aliæ ad terram duntaxat pertinent, aliæ ad aquas tantum, aliæ sunt aquis, & terræ communes. In terrâ vero loca vel hominum habitationi addicta sunt, vel feris, & bestiis relicta. Horum omnium locorum nomina quinque Paragraphis proponemus.

*§. I. Nomina maiorum locorum in terrâ.*

**R**EGIO Terræ pars quæ à Principe regitur, aliter *Tractus*, *Ora*, *Plaga*.

**P**ROVINCIA regio que ius prouinciae, seu formulam recepit; hoc est quæ non solùm vectigalis, sed & seruitute multata. Sic dicta quasi *procul vieta*. Prima fuit *Sicilia*.

*Sub Con-* { Consulares { Quæ regebantur à *Consularibus*.  
*sulibus*. { *Prætoriæ* { Quæ à *Prætoribus*.

*Sub Impe-* { Cæsaris { Administratæ per *Procoſales*, & *Proprietores*.  
*ratoribus*. { *Populi* { A *Præsidibus*.

**S**ATRAPIA vox Persica quæ regionem aut prouinciam sonat.

**N**OMVS *Prefecture in Ægypto*, ita dictæ quod singulæ suas haberent leges, ut in Gallia *les Coutumes*.

**D**IOECESIS, rectè respondet diuisioni Francicæ vulgo *des Bailliages*. In recenti Geographia sumitur pro Episcoporum iurisdictione.

**T**ERRITORIVM uniuersitas agrorum intra fines cuiusque urbis constituta. Gallicè *la ville & sa Banlieue*.